



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 47. Vitæ venia capto Saxoni ab Electore Brandenburgico impetrata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

*optio detur, malim re liberis salva quam pri-
mum mori, quam diu illis spoliatis vivere, neque tamen prohibeo, quin pietati aliquid
condonent, Et sibi satisfaciant, ita ut dum
mei rationem habent, non omnino salutis
suae obliviscantur.*

Hæc effatus Ephebum suum accersens tabulam lusoriam afferri iussit, moxque Brunvicensem Ducem, ut secum latrunculis luderet, invitavit, summamque lætitiã exhibuit, dum bina lusione victor evaserat.

§. XLVII.

*Vitæ venia capto Saxoni ab Electore
Brandenburgico impetrata.*

Paulo post Sybilla Ducissa Joachimum Electorem Brandenburgicum, qui tum nonnisi mediæ diei itinere Wittembergæ distabat, de mortis sententia in suum Maritum lata certiore fecit, quapropter is quantocius unacum Ernesto, Cliviensi Duce, aliisque ad Cæsaris castra convolabat. Hi ergo Principes toto quadriduo a Cæsaris tentorio ad capti Electoris cubile hinc inde cursitabant, ut quovis pacto reum Cæsari conciliarent, tandem post summas preces Carolus V. remissa mortis pœna in has condiciones cum Saxone convenit. I.

Electoralis dignitati tam suo, quam libero-

Z 4

rum

Sæcul. XVI.
A. C. 1547.

Sleidan. l. c.
Thou. ibid.
Heiff. hist. de
l' Empire t.
I, l. 3. p. 388.

Sæcul. XVI. liberorum nomine renuntiet, jusque sit Cæsari, pro arbitrato suo de ea statuere. II. Wittembergam & Gotham alterum ditionis propugnaculum Cæsari tradat, relictis in ea tormentis, & cibariis tertiam partem, reliquam tamen omnem supellectilem, & annonam secum auferat, permittit præsidariis libera abitione, sed sine armis. III. Albertum Brandeburgicum, & Christophorum Liechtenbergæ Landgravium sine muliere liberis dimittat, & signa adempta, ac tormenta reddat. IV. Vicissim Brunsvicus ejusque filius a Cæsare dimittantur. V. Mansfeldiis & Solmensibus Comitibus, ac Prussiæ Magistro ceterisque Ecclesiasticis per vim ablata Fridericus restituat. VI. Cameræ Imperiali a Cæsare instituendæ parere, & sumptus in eam subministrare, deque jure, quod contra Lubecenses & Halenses sibi esse dicit, Cæsaris Decreto stare promittat. VII. A sedere cum Magdeburgicis, Hallensibus, & Halberstadtensibus, atque omni alio contra Cæsarem & Ferdinandum inito discedat, nec ullum deinceps faciat, quo non ipsi cum suis Provinciis, & Sociis comprehendantur. VIII. consentiat item, ut Henricus Brunsvicus, & Carolus Victor filius liberentur, nec ullam adversus eos actionem moveat. IX. ita publicata Saxonis bona, eaque a Cæsare Fratri Ferdinando, & Mauritio donata sint, sic ut Saxoni ejusque liberis quinquaginta aureorum millia annua Mauritius depen-

dependat, & Gothæ oppidum, si Cæsari ^{Sæcul. XVI.}
videatur, & per Mauritium liceat, una- ^{A.C. 1547.}
cum omni usufructu retineat Saxo, arcis
munitione ab eo demolienda, nec citra Cæ-
saris voluntatem deinceps instauranda.

His tandem promissis, ac conditio-
nibus initis, Imperator pollicitus est,
quod clementiam suam Electori impen-
dere, ac concessa vitæ venia eundem a
pœna eidem denunciata, & a pœnis
corpore luendis absolvere velit, ea ta-
men lege, ut in Cæsaris aut Philippi
ejus filii ac Hispaniarum Principis cu-
stodia permaneat, ceterasque omnes
hujus concordix condiciones integra fi-
de adimpleat, necnon vi hujus pacti
Wittembergensem Urbem Cæsaris pote-
stati tradat, postquam Sybilla Clivien-
sis Ducissa, captique conjux, necnon e-
jus filius natu major unacum Mariti sui
fratre, ac præfidiario milite excessissent,
Subscripserat ipsemet Joannes Frideri-
cus hisce pactis die decima octava Ma-
ji. Porro inter alias hasce condiciones
ab initio erat hæc præscripta, vi cujus
Electo, quicquid Concilium, aut Cæ-
sar circa Religionem decernerent, ipse
approbaret: cum vero nulla ratione,
ac nequidem minis ad id induci posset,
Cæsar hunc articulum deleri jussit.